

**Publication/Creation**

July 1953

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/zh5wjfjy>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

*confirmante, sequentibus signis:* Isto autem Euangelio recensito, recitatur alterum Ioannis primo, *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est.* *In ipso erat vita, & vita erat lux hominum; & lux in tenebris lucet, & tenebra eam non comprehendenderunt: suis homo missus a Deo, cui nomen erat Iohannes, hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum, non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine: Erat lux vera, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Ad quæ verba assurgit MAESTAS regia, & singulis rursum adiucatis & reductis, acceptoqué aureo nummo solidorum decem, perforato, actæna reuincto numismate, crucis signū, qua parte morbus est facit, itaque singulis fausta ac felicia precando ac benedicendo, iussisq; ut aliquantulum secedant, reliqua pars scripturæ paulò prius recitatæ absolvitur, *in mundo erat, & mundus cum non cognovit, in propria venit, & sui enim non receperunt, quotquot autem receperunt eum, dedit illis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius qui non sunt ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt: Et verbum caro factum est, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi virginis a patre, plenum gratiae & veritatis: quibus finitis MAESTAS regia cum toto cœtu ecclesiæ humiliter*

humiliter inclinata in genua, sic orat, *Kyrie eleison, Christe eleison, Pater noster &c. M. Salvo Domine fac famulos tuos: R. qui sperant in te. M. Mitte auxilium illis de alto: R. & in omni tempore potenter eos defende. M. adiuua nos Deus salutaris noster. R. & propter gloriam nominis libera nos, propitius esto nobis peccatoribus propter nomen tuum. M. Domine exaudi preces nostras. R. Et clamor noster ad te venias.* Illis communibus precibus absolutis sequitur specialis quædam precatio, quæ in Liturgia quotidiana non inuenitur, apprimis tamen necessaria est. *Omnipotens Deus, Æterna salus omnium in te sperantium exaudi nos, te precamur nomine famulorum tuorum hic praesentum, pro quibus misericors auxilium tuum imploramus, ut salute accepta tibi gratias agant in sancta ecclesia tua per Iesum Christum Dominum nostrum Amen.* Quia oratione deuotè & piè dicta visitata formula clauduntur preces; itaq; singuli discedunt, & Deo agentes gratias, et principi, et sibi de mutua sanitate congratulantes. Quid est quæso reprehensione dignum, vel quid non summa laude dignum in tota actione istiusmodi sanationis? Liturgia tota sancta est, ceremoniarum simplicitas, & castimonia laudanda est, persona quæ operatur sacra laeta est, superstitione nulla est, imagia longissime abest, cacozelia, adiuratio, Author totius actionis spiritus sanctus est, Donum sanandi a spiritu est, & doni visus, & fructus siue effectus à spiritu sancto est:

O

est: